FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Devotae Atqve Salvbres Spiritvalivm Et Coelestivm Sev Aeternorvm Bonorvm Meditationes Privatae; Qvae Complectvntvr I. Momenta Maxime Notabilia, II. ...

[Erscheinungsort nicht ermittelbar], A. MDCCXXI.

VD18 13258648

III. Desideria Et Suspiria Pia Saepius Repetenda.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216438

Visual Library

* * *

Haec ſit cuiusuis hominis primaria cura, Deut. VI. 5.
Vt Verum vere diſcat amare Deum. 1. Io. V. 3.

* * *

Non ſis, qualis eras, homo, ſed mutatus ab illo, Rom. XII. 2.
Nunc Domino viuens, & moriens Domino. - XIV. 8.

* * *

Vitae praeſentis ſcopus eſto vita futura; Tit. II. 12.
Ergo ſit haec vere-prouida,-iuſta,-pia.

* * *

Quod factum ſemel eſt, infectum non erit vnquam; Deut. XXXII. 29.
Hinc, homo, nil facias antea, quam reputes. Sir. VII. 40.

* * *

Poenae ſunt homini mala poſteriora priorum; Sap. I. 5.
Quilibet hinc ſemper quaeque caueto mala. Rom. I. 28. ſq.

* * *

Eſto viri grauitas cum manſuetudine iuncta; Matth. V. 5.
~~*Manſuetudo virum cum grauitate decet.*~~ 1. Cor. XIII. 4.
- Iac. III. 13. Franck. Pred. P. I. p. 692. -

* * *

Diſcite, mortales, celerem perpendere mortem, Pſ. XC. 12.
Et cupidi vitae viuite rite Deo. Sir. XIV. 12.
Rom. VI. 11.

* * *

O homo, diſce mori, quoad haec eſt vita ſuperſtes; Ebr. IX. 27.
Namque ſemel tantum mors obeunda venit.

* * *

Quotquot cum Superis cupitis conuiuere, ſurſum. Luc. XXI. 36.
Nunquam non precibus tollite corda piis. 1. Theſſ. V. 17.

III. DESIDERIA ET SVSPIRIA PIA SAEPIVS REPETENDA.

*

AD Te me ſine Te, Deus, haud conuertere poſſum; Ier. XXXI. 18.
Ah! me conuertas Ipſe, Benigne Deus!

* * *

Nemo poteſt ſine Te ſe conuertiſſe, Iehouah; ibid.
Vndique conuertas Ipſe ſubinde greges!

O Pater

* * *

Luc. XV. 7. O Pater Omnipotens, veram mihi da μετάνοιαν,
10. Quae faciat ſanctis gaudia Coelitibus!
Io. VI. 29. Et largire fidem, qua ſic amplectar Ieſum,
Luc. XV. 2. Vt peccatorem ſuauiter excipiat!

* * *

1. Io. V. 11. Da, Pater, in Chriſto vitam per Flamen-Ab-Aevo,
Lang. Exeg. 1. Ep. Io. p. 713. Qua liceat Tecum viuere, Sancta Trias!

* * *

2. Pet. I. 4. Ex Te, Sancte Deus, me totum, quaeſo, regignas,
Vt ſim Naturae compos in aeua Tuae!
Gal. VI. 15. Immo creaturam me reddas, oro, nouatam,
Iac. I. 18. Verbo nempe Tuo corda creante noua!
1. Io. V. 4. Sic ex Te genitus valeo deuincere mundum,
Quem naturalis vincere neſcit homo.

* * *

Pſ. CXIX. En! Tibi me totum dedo, Trinune Iehouah:
176. Ah! ſeruum miſerum ſuſcipe, Sancta Trias!

* * *

Pſ. LI. 12. Ah! renoua ſerui pectus, Sacroſancte Iehovah!
Hocque Tibi conſtans hoſpitium repara!

* * *

Io. XIV. 23. Sis, Pater & Fili, ſis Sancteque Spiritus, in me!
Ah! me nunquam non incole, Sancta Trias!

* * *

ibid. O Sacroſancta Trias, hoc incole pectus in aeuum!
Nec ſine Te ſine me, quem iuuat eſſe tuum!

* * *

Hoſ. II. 19. Vni me Tecum, mecum Temetque, Iehouah!
20. Sic ego ſum vere ſaluus et hic et ibi.

i. e.

O HErr, vereinge mich mit Dir, und Dich mit mir!
So bin ich ſelig hie vor Dir, und dort bey Dir.

O Deus!

Franckesche Stiftungen zu Halle

* * *

O Deus, Ipſe meum ſic Tecum pectus aduna, — Pſ. LXXXVI. 11.
Vt Sanctum verear Nomen vbique Tuum!

* * *

Te Te quaerentes non deſeris Ipſe, Iehovah; — Pſ. IX. 11.
Fac, vt Te quaerant vndique myriades!
Meque iuua, quo Te toto de pectore quaeram, — Ierem. XXIX. 13.
Sicuti vis quaeri, ne faciem renuas; — 14.
Quin vt Te potius clemens ad vota repertum
Eſſe ſinas, veluti pollicitaris idem.

* * *

In Te, Summe Deus, quo poſſim rite manere, — 1. Io. III. 24. Lang. Exegeſ. 1. Ep. Io. pag. 543.
In me perpetuo, quaeſo petoque, mane!
Meque Fauore Tuo nunquam non erige totum,
Fidus vt aeternum ſim maneamque Tibi!

* * *

Verſari Tecum, Deus, eſt mea ſumma voluptas; — Pſ. LXXIII. 28. - CXVI. 9.
Tecum verſari me ſine fine ſinas!

* * *

O Trinune Deus, Mea ſis Aeterna Voluptas! — Pſ. XXV. 1. - XLII. 1. 2. - LXIII. 1. - LXXIII. 25. 26.
Qui Deſiderium Solus es Ipſe Meum;
Amplexumque Tui placitum concede miniſtro!
Sic in Principium rite reuerto Meum.

i. e.

Dreyeinger Wahrer GOtt, mein einiges Verlangen,
Laß mich nur Dich allein ohn Ende ſo umfangen,
Wie Du, mein Schöpfer, wilt von mir umfangen ſeyn!
So kehre ich, Dein Werck, in Meinen Urſprung ein.

* * *

Sum peccator ego magnus; ſed Te, Miſerator — Pſ. XXV. 11. - LXXIX. 8.
Maxime, quaeſo, Deus, mox miſerere mei!

* * *

Gratia, Summe Deus, Tua me conſeruet in aeuum! — Pſ. XCIV. 18. Eph. II. 7. 8.
In Chriſto Tua me Gratia ſaluificet!

* * *

Ah! me caſtiga modice, Trinune Iehovah, — Ierem. X. 24.
Non ex ira, me ne penitus minuas!

Franckesche Stiftungen zu Halle

* * *

Pſ. CIX. 26. *Ah adſiſte tuo ſeruo, Sacroſancte Iehovah!*
Mi Deus, ah clemens auxiliare mihi!

* * *

Pſ. XXV. 2. *In Te totus ego ſpero, Trinune Iehovah;*
Ier. XVII. 18. *Ah ne confundi me patiare tuum!*

* * *

Io. XIV. 26. *O Pater! in Ieſu mittas mihi Flamen-Ab-Aevo,*
Eius vt effatum me quoque {perdoceat! / commoneat!}

* * *

Rom. VIII. 9. *Ieſu Chriſte, Tuum Flamen largire petenti,*
Totus vt aeternum ſim maneamque tuus!

* * *

Io. XV. 26. *Te, Patris et Nati Sanctisſime Spiritus, oro,*
1. Cor. III. 16. *Incole cor penitus ſanctificando meum!*
1. Theſſ. V. 23.

* * *

Phil. II. 3. *In me nunquam non clemens operare, Iehouah,*
Velle bonum nec non inſimul efficere!

* * *

Pſ. CXLIII. 10. *Da mihi, quod mandas per verbum, Sancte Iehouah!*
Et munda, quod vis; obſequioſus ero.

* * *

Pſ. XXXVI. 10. *Nemo Te ſine Te potis eſt adgnoſcere, Numen;*
Matth. XVI. 17. *Adgnitione Tui me, precor, Ipſe bea!*
1. Cor. II. 11. 12. Eph. I. 17. 18. 19.

* * *

1. Io. III. 2. *Hic adgnoſcendum Te da mihi, Sancte Iehouah,*
1. Theſſ. IV. 17. *Speranti, quod ſis adſpiciendus ibi!*
1. Io. III. 3. B. Spen. Gl. L. p. 753. & ſequ. *Hanc et habens ego ſpem quo me, Ieſu, velut Ipſe*
Mundus es, emundem, ſubſidiare mihi!

* * *

Auguſt. *Nemo Tui ſine Te potis eſt meminisſe, Iehouah;*
Pſ. CXIX. 49. *Ah mihi continue da meminisſe Tui!*

* * *

Leu. XIX. 2. *Ah me ſanctifica totum, Trinune Iehovah!*
1. Theſſ. V. 23. *Vt, velut es Sanctus, ſim quoque ſanctus ego.*

Hic

* * *

Hic me nunc doceas ἁγιασμόν, Sancte Iehovah! — Ebr. XII.
Quo ſine Te quondam nemo videbit ibi.

* * *

Quae bona ſunt, in me quaevis operare, Iehovah! — Ebr. XIII. 20. 21.
Quae mala ſunt, ſemper me fugitare doce!

* * *

Omnia ſi demas mihi, Sacroſancte Iehovah, — Auguſt.
Te modo non Ipſum, ſupplico, deme mihi! — Pſ. XVI. 5.
Ah! Trinune Deus, mihi Te ſine fine relinquas! — LXXIII. 25. 26. Thren.
Immo meum Summum ſis maneasque Bonum! — Ier. III. 24.

* * *

Terra ſumus, terram premimus, mox terra futuri; — Gen. III. 19.
O Deus, hoc ſemper nos reputare doce! — Pſ. XC. 12. Eccleſ. XII. 7.

* * *

Te ſine Te, Ieſu, ſatis haud cognoſcere poſſum; — Io. XIV. 21.
Ergo bea ſeruum cognitione Tui!
Sic ego perlaetus veneror Te nomine Ieſu,
Et Seruatorem nuncupo corde meum.
Quin vni totum me Tecum! Sic es et audis
Vsque meus, nec non ſum ſine fine tuus.

i. e.

HErr JEſu, gib Dich Selbſt mir gnugſam zuerkennen,
Daß ich mit Freuden Dich kann meinen Heiland nennen!
Ja, laß mich ganz und gar mit Dir vereinigt ſeyn!
So bleibſt Du immer mein, und ich bin ewig dein.

* * *

Purus vt a quouis exiſtam crimine, Ieſu, — Apoc. I. 5.
Sanguine purifica me, precor, Ipſe Tuo!

* * *

Ah! ope mox inopem, Ieſu, dignare benigna! — Pſ. LXXII. 12. LXXXVI. 4.
Ah animam ſerui laetifica miſeri!

* * *

O Ieſu, mea ſis Lux, Pax, Spes, Vita, Salusque! — Io. VIII. 12. Eph. II. 14.
*Sic ego nunquam non * Omnia poſſideo.*

- Io. XIV. 16. Phil. I. 21. Act. IV. 12. 1. Theſ. I. 3.

* *Ieſus eſt nobis Omnia. Ambroſ.*

Cant. II. 16. Es meus, O Ieſu Mitiſſime, Verus Amicus;
Sic animo toto me iuvat eſſe tuum.
Io. XV. 14. Ergo iuva miſerum, tua quo mandata ſequendo
Verus amicus ego ſim maneamque tuus!

Eph. III. 17. IEſu Chriſte, mei conſtans ſis Incola cordis!
Ah in me Tua ſit Manſio perpetua!
Te praeſente tuus ſeruus nihil expauet vnquam,
2. Cor. VII. 4. Teque iuuante tuum crux quoque laetificat.
Spen. Soliloqu. p. 124., 125. Quin meus, O Ieſu, Totus ſis nunc et in aeuum!
Sic quoque totus ego ſum ſine fine tuus.

i. e.

HErr JEſu, wohne Du nur ſtets in meinem Hertzen!
So bin ich gantz getroſt in Nöthen und in Schmertzen.
Ja, ſey und bleibe Du nur Selber ewig mein!
So bin ich auch, o HErr, gewiß ohn Ende dein.

Cant. II. 16. Mein Freund, HErr JEſu, bleibe mein!
Ich bin mit Freuden ewig dein.

Gal. II. 2. O IEſu, PRO ME Te clemens ſponte dediſti;
Eph. III. 17. Sic IN ME clemens nunc et in aeua mane!

Io. XIV. 8. 9. Totus ego Te Te, Ieſu, deſidero Solum;
2. Cor. XII. 9. Solus enim vere ſufficis vsque mihi.

Prou. VIII. 35. Non ego praeter Te, Ieſu, deſidero quicquam;
Phil. III. 8. Ergo Theſaurus ſis maneasque meus!

Cant. I. 2. Eſt amor vsque tuus, Ieſu, iucundior ipſo
Vino; quo meſerum me recreare velis!
Io XV. 13. Quin amor, o Ieſu, tuus eſt quam maximus; iſto
Me, precor ac oro, nunc et in aeua bees!

Rom. VIII. 25. Me penitus certum, Bone Ieſu, redde ſalutis!
2. Tim. I. 12. Sic totum peſtus gaudet ouatque meum.

Ipſe

* * *

Ipſe tuam, Ieſu, manſuetam da mihi mentem! Matth. XI. 29.
Sic ego diſco tuum ferre ſüaue iugum. 1. Cor. II. 26.
Immo tuam, Ieſu, demiſſam da mihi mentem! Phil. II. 5.
Sic onus vsque tuum tollo feroque leue. Lang. Exeg. 1. Ep. Io. p. 325. NB.

* * *

Peccatum ſine Te, Ieſu, non mittere poſſum; Io. XV. 5.
Ah mihi, ne peccem, ſubſidio venias!

* * *

Ah! mihi ſubuenias miſero, Suauiſſime Ieſu, Rom. XIV. 8.
Vt Tibimet viuam, commoriarque Tibi!
Sic Tuus in vita ſimul ac in morte manebo;
Sic a Te nunquam diſſociatus ero.

* * *

O Ieſu, mihi ſis Via, Verum, Vitaque; Sanctum Io. XIV. 6.
Ad Patrem per Te ſic ego peruenio.

* * *

Si mihi mortali mors iſthoc imminet anno, quouis anno. Act. VII. 59.
Ieſu Chriſte, meam ſuſcipias animam!

*

Si mihi mortali lux hæc eſt vltima vitae, qu. d. ibid.
Ieſu Chriſte, meam ſuſcipias animam!

*

Si mihi mortali nox haec eſt vltima vitae, qu. n. ibid.
Ieſu Chriſte, meam ſuſcipias animam!

*

Si mihi mortali mors iſthac imminet hora, qu. h. ibid.
Ieſu Chriſte, meam ſuſcipias animam!

* * *

O HErr, es iſt mein Geiſt Dein Theures Eigenthum; 1. Pet. I. 19.
Und dieſen Schatz laß Dir nur nimmermehr entwenden. Pſ. CXIX. 175.
Er ſey und bleibe Dein, zu Deines Namens Ruhm! Matth. I. 21.
Ich gebe ſolchen auch nur Deinen treuen Händen. Act. VII. 59.
Ich bin ja gantz nur Dein als meines GOttes bin, Io. XX. 28.
Ja, wie ich gantz nur Dein als Dein zu ſeyn, begehren, - XVII. 10.
So will ich nun gar nichts, als Dein zu ſeyn, begehren; Matth. XXVIII. 20.
Nur laß mich Deiner auch, O Heiland, nicht begehren; Io. X. 11.
Nur laß mich Deiner auch, O Heiland, zur vollen Gnüge hin!
Nimm mich zum Leben und zur vollen Gnüge hin!

*

Jo. XVI. 28. Du biſt, HErr JEſu, ja vom Vater her gekommen,
Matth. I. 21. Und haſt Dich Deines Volcks ſo treulich angenommen,
- XVIII. 11. Daß Du es hin zu Jhm und Dir zurücke brächteſt,
Jo. X. 11. Und Selbſt mit Leben, Heil, und Gnüge, dort bedächteſt,
- XIV. 2. 3. So laß mich nun ein Glied deſſelben ewig ſeyn,
Und führ mich auch zu Dir und zu dem Vater ein!

* * *

Pſ. XCI. 14. 15. HErr JEſu, bleibe Selbſt bey mir in meinem Leiden,
Eſ. XLI. 10. Und hilf mir gnädiglich, wenn ich einmal ſoll ſcheiden!
2. Tim. IV. 18. Jſt meine Zeit vorbey, und iſt mein Leben aus,
Io. XIV. 2. 3. So hole mich zu Dir in Deines Vaters Haus!
Io. X. 12. Ja komm, und hole mich, Getreuer Hirt und Meiſter,
Matth. XXIII. 8. Und ſetz mich unter die von Dir erwehlten Geiſter!
Luc. XVIII. 7. Laß mich mit ihnen dort vor Deinem Stuhle ſtehn,
Apoc. VII. 11. - - XIV. 4. Und auch, wohin Du gehſt, an Deiner Seite gehn!

* * *

Iob. VII. 1. *Eſt hoc in mundo, Ieſu, certamen et angor;*
Io. XVI. 33. *Opto, ſit in Te Te pax requiesque mea.*

Item:

Matth. XI. 29. *Non licet in mundo veram reperire quietem;*
O Ieſu, mea ſis Ipſe beata quies!

* * *

Gen. XXXII. *Donec ego noſcam, mihi Te benedicere, Ieſu,*
24. - - 30. *O Vir colluctans, mittere Te nequeo.*
Hoſ. XII. 4. *Ergo mihi benedic; velut olim nempe Iacobo*
5. *Tu benedixiſti: Sic, velut iſte, beor.*

* * *

1. Tim. II. 6. *Ipſe redemiſti me, Ieſu, Te ſemel Ipſum*
Eph. V. 2. *Dans pro me Lytron, concilians que Patrem.*
Me ſic ergo ſinas, Ieſu, ſemel eſſe redemtum,
Phil. III. 9. *Semper vt in Te ſim totus & inueniar!*
Rom. VIII. *Sic neque vita mihi neque mors eſt ipſa timenda;*
Eph. I. 14. 2. Theſſ. II. 14. *Sic* Περιπόιησις *ſum Patris atque Tua.*

Ieſu

Franckesche Stiftungen zu Halle

* * *

Ieſu, Nate Dei, mea ſis Sapientia, quaeſo! 1. Cor. I. 31.
Nate Dei, Ieſu, ſis mea Iuſtitia! Arnd. L. I. de
Ieſu, Nate Dei, meus vna ſis Ἁγιασμός! Chriſtianiſmo
Ac Ἀπολύτρωσις ſis mea, Nate Dei! c. 34. p. 208. -

- Spen. Gl. L. p. 1049. 1050. Franck. Pred. P. II. p. 435. 436.

* * *

Ieſu, Nate Dei, Longe Fortisſime Ieſu, Mein Frey-
Sis Libertator (*) nunc et in aeua Meus! macher / Io. VIII. 36.
Ieſu, Nate Dei, Longe Fidisſime Ieſu, Mein Er-
Sis Conſeruator nunc et in aeua Meus! halter / Luc. IX. 56.
Ieſu, Nate Dei, Longe Suauisſime Ieſu, Mein Lieb-
Sis Amplexator nunc et in aeua Meus! haber / Io. XV. 12.

(*) *Libertare, i. e. libertate donare, (ſeu liberum reddere,)* **frey machen**. *Vid. Lexic. Koenigii in Addendis pag. 1340. edit. Norimb. a. 1668.*

* * *

O IMMANVEL, Summi Patris Vnice Fili, Eſ. VII. 14.
Ieſu! Seruorum percipe vota tuûm: Matth. I. 25.
Audis NOBISCVM-DEVS; Ergo quaeſumus omnes, Ita fidel. h. ſec.
Sis qnoque Nobiscum - nunc et in aeua - Deus! Sey auch nun u. ewigl. G. mit uns!
Ieſu! NOBISCVM-DEVS es, neque deſinis esſe;
Sis etiam Mecum - nunc et in aeua - Deus! Sey auch nun und -

- ewiglich GOTT mit mir! *Ita quisque fidelium pro ſe.*

* * *

Qui defunctus eras, Ieſu, rediuiuus at Ipſe Apoc. I. 18.
Viuis, et vsque tuos viuere quosque iubes, Hoſ. VI. 2.
Te, Vitae Princeps, longe dulcisſime Ieſu, Io. XI. 25. 26.
Percupidus vitae ſupplice corde precor: - XIV. 19.
Nunc adſiſte mihi conſtanter, vt hic Tibi viuam Rom. XIV. 8. 9.
Et moriar, poſthac viuere meque iube! Io. V. 21. 24. 25.

* * *

Viuus ab aeterno, Bone Ieſu, viuis in aeuum; Pſ. XC. 2. Mich. V. 1.
Ah! (In Te / Tecum) ſine me viuere, Viue Deus! Eſ. LIII. 8. 10. Io. XIV. 19. - Apoc. I. 18.

O cum